



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 170. Stabant autem Principes Sacerdotum & Scribæ. v. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

§. 168. Interrogabat autem eum multis sermonibus. v. 9.

Certe valde seruum fuit Herodi videre miraculum, pro quo emen-
dicando adeo, deposita regali maiestate garriebat. Sed non obtinuit per-
cussor S. Ioannis, & adulter, & mali corui malum ouum, suum curiosum
intentum.

D^Omne cum me considero, video quod in tali occasione honoris obti-
nendi & gratiae fecissem, quidquid potuisse; sed & video aliud esse
tuum iudicium, quam meum. Cum igitur tu sis vera sapientia; ecce abij-
cio meum iudicium & affectum & probo tuum: Nolo hominibus placere
ut tuus seruus esse queam cum Apostolo tuo.

§. 169. At ipse nihil illi respondebat. v. 9.

Stulta & risu dignae interrogationes responsum non merebantur,
quia neque signis, neque verbis Ch. isti futurus fuisset melior Herodes, qui
non profectum quærebat; sed nouitatem & vanitatem sectabatur; ut Ne-
ro in nouo Icaro & alij in circulatoribus, cuius & manus sanguine iusti
Iannis, a se occisi, plenæ erant.

D^A & mihi ô Domine, hanc prudentiam; ut & tempore & loco, si leam
& loquar, loquar autem tantum ubi eloquium tuum diuinum pias at-
que attentas aures inuenit: & silentio inuoluam, quod non ædificat: ne
verbis meis malevolum quempiam ad malum prouocem, aut silentio pijs
scandalum patem.

§. 170. Stabant autem Principes Sacerdotum & Scribe, v. 10.

Stabant oblii ex passionibus & impetu animorum suorum decori,
quod attendere debuissent; & ideo etiam Herodes eos stare permisit: qui
alias considerare debuissent, etiam coram Rege, maxime extraneo, ipsorum
Principum sacerdotum.

D^Omne Deus iuste permittis contemptum in sacerdotibus & Magi-
stris, quando ipsi deserunt officium suum honoris & gloriae ple-
num; ne permittas obsecro in Ieruis tuis indignitatem hanc, ne incurvant
in illam alteram, honorent ut honoretur ab alijs quia tu glorificant te
glorificas, & in SS. tuorum honoribus honoraris.

§. 171. Constanter accusantes eum. v. 10.

Coniuvit, perinaciter, acriter, intento & mixto clamore pergebant
accu-



accu-